

Die
ss

not

53
50

EXERCITATIO
IN
DIALECTVM POETICAM
DIVINORVM CARMINVM
VETERIS TESTAMENTI

PRAESIDE
GVILIELMO ABRAHAMO
TELLERO

S. THEOL. DOCT. ORDINES SVI H. T.
DECANO ETC.

IN IVLEO MAIORI
A. D. XXVI. APRILIS MDCCXIV.

DEFENSA

AB

AUCTORE
GEORGIO IOANNE LUDOVICO VOGEL
ONOLDINO FRANCO.

HELMSTADII
LITTERIS IOANNIS DRIMBORNI.

EXERCITATIO

IN

DIALECTAM POETICAM

DIVINORVM CARMINUM

ATTEMPTA

PRAESES

GAIELIMO ABRAHAMO

TELLERO

IN LIVELLO MATORI

AD KAZALATILLIS MEDICIN

DESENNA

CA

AVOTORE

GEORGIO IOANNIE LAODOICO SOCI

MONDINO TRANSCO.

HILMSTADII

PITTRIX IOVINA PICTORIA



PROOEMIVM.



Poetis in omnibus linguis concessam esse licentiam quandam et quasi priuilegium vulgarem atque communem dicendi formam aliquando desirere et vsus docet et est ab artis peritis, ARISTOTELE, HORATIO,
VIDA, IOS. SCALIGERO ceteris, abunde obseruatum. Ita enim aut insolentioribus verborum flexionibus indulgent, modis iterum variis, prorrabendo, substrabendo, immutando, aut verbis rarioribus a quibus Prosaici abstinent, *metomphœra* propterea dicta ab ARISTOTELE (de Poet. Cap. XXI.) vtuntur, aut his, quae in vsu sunt, nouos signifi-

A

ficatus

ficiatus induunt, aut vocabula peregrina, quae eidem ARISTOTELI (l. c.) γνωται dicuntur immiscent, aut denique totum habitum orationis, verbis contra consuetudinem inter se connexis, invertunt. Ex quibus omnibus singulare orationis genus in Poetis existit, in quo propterea *Dialecti poeticae* nomen haesit. Cernitur itaque in ea quam maxime illa audendi potestas quam *semper Poetis aequam fuisse* HORATIVS dicit. Sed docta illa, non male affectata, non omnia inundans, sed eum pudore et quasi cum indignatione angustiarum, quae ad eiusmodi quid audendum cogant, visarpata. Vnde etiam videmus non deesse in hac orationis forma mutanda Poetis caussas et numero plures et pondere suo graues. Nam primo ipse feruor animi in Poetis regnans, non ita inter leges Grammatices se contineri patitur, vt non saepius extra eas vel nolentem rapiat, quem semel inuaderit. Vnde certe oriuntur omnes illi barbarismi, soloeicismi et quae sunt reliqua, quos quisque vel in alio perturbato toties deprehendat, vel ipse aequo perturbatus admittat, tantumque abest, vt hic seuerioris grammatices praecepta anxie sequi decorum sit, vt potius neglexisse venustum habeatur. Atque huic facile proximum est maius studium auribus grata verborum positione et numero cadente oratione placendi in carmine, quam in sermone quotidiano. Quis enim nescit, quantum habeat vim, quantum pondus, ad commendandam nobis orationem grata verborum collocatio atque apta omnium membrorum conclusio? quam non aures delectat, attrahit animum et omnes quasi artus penetrat. Quare cum id sibi maxime propositum habeant Poetae delectare dum profunt, non mirum est singulati constructionis artificio, eos lente fluentem cum animi quiete sermonem histori-

Rörorum, et ipsorum aliquando Oratorum superare; cumque aurium voluptati consulere volunt, saepe ordinem orationis et verborum consequutionem, ad praeceptorum grammaticorum praescriptum formatam, inuerte-re, mutare, anteponere quae postponenda erant et contra; asperiora demendo, addendo aut inflectendo, molliora reddere; superfluum vnum atque alterum ponere; *έμοια τελεστοις* vti, quae omnia doce expositus **VIDA Poeticorum Lib. III. p. m. 478.** sqq. Etsi non negamus Poetae, etiam in hac parte mutatae orationis, artem tegendam esse, vt nihil studio quaesitum adpareat, et potestate sua in loco et tempore vtendum, vt euadat ex praecepto **HORATII** (de arte poetica)

in verbis tenuis cautusque ferendis
Accedit ad hanc utramque Dialecti poeticae caussam, tanquam tertia, ipsum *metrum*. Ob hoc etenim contrahi verba, prolongari, syllabam addi, saepe abiici, res est, quam si longe probare vellemus oleum atque operam perderemus, cum neminem vel leuiter in Poetarum scriptis versatum fugere possit, et adeo hic quoque subtilissimus huius rei aestimator **VIDA** eleganter canens:

nec tanta licentia fandi
Cuique datur, solis vulgo concessa Poetis.
Nempe pedum hi duris cohibentur legibus, et se sponte sua spaciis angusti temporis arctant.

Sponte sua, vt nimis intelligeres, quam honestum sit iis plus concedere, qui, vt tibi voluptatem pariant, in tantas angustias se concludant.

Restat ultima huius variati sermonis caussa, *nonitas idearum*, quae vel noua vocabula fingere cogit, vel alia ex peregrino idiomate petere, *parce*, vt Horatius inquit, ad

suum *detorta*, vel iis quae iam adsunt nouas significatio-
nes addere

indictisque vrgens in rebus egestas.

Est vero haec necessitas hoc maior, quo maior est vocabu-
lorum in lingua aliqua inopia. Ita sexcenta vocabula de
græco fonte in latinam linguam manarunt, solisque Poe-
tis hæc diuitiae debentur.

Sed, quemadmodum diximus, haec satis abunde alio-
rum doctrina constant, vt nobis non adeo opus sit diutius
plura in hunc communem Poetarum morem praeludere,
aut etiam longa oratione manifestum reddere, quemadmo-
dum pro variis carminum generibus ipsi Poetae in hac Dia-
lecto mox libiores versentur mox eadem rariore vtantur.
Sunt enim in ipsis Poetis, caussæ ante commemoratae, non
semper pares, aut etiam omnes obviae. Transferamus po-
tius ab his communibus orationem ad ipsam Hebraeorum
Poesin, quemadmodum ea culta atque perfecta est ab ipsis
diuinis Scriptoribus. Atque in his dubitari certe nequit,
quin eadem a communi sermone aliquando recedendi cau-
sæ extiterint, vt iam inde probabilis coniectura oria-
tur, hanc quoque formam orationis per eas effectam in
ipsis adesse, si vel maxime non aliunde certissime constet,
quod deinceps indicis clarissimis vincemus. Nam quod
primum ad feruidam illam atque vehementer excitatam
imaginandi vim, cumque ea coniunctam spirituum
omnium elationem animique commotionem attinet, quis
non planissime sentiat, haec tanta, quæ tenuis orationis can-
cellos perrumpere cogunt, summa fuisse in hominibus af-
flatis ab aura vere diuiniore. Quis non quasi in picta ta-
bula videat, hos affectus per Ἐπαννοὺς Israelitarum, Deboraë,
et carmina plura regnantes. Aut, si quis ipso suo sensu
non

non experiri possit, en! ipsum Poetam audiat in celebri
Epitbalamio (Hym. XLV.) potentissimos et plane non repre-
 mendos animi impetus verbo aequa potente profidentem

רָחֵשׁ לְבִי רַכְבָּר טוֹב

At vero post *LWYTHI* V. Cel. perfectam operam in hac
 re positam (in Praelectt. de Poesi sacra) nemo, credo, hoc ad-
 modum negauerit.

Sed aderat quoque in Poetis hebraeis altera caussa huius
 Dialecti frequentandae, curiosius, puta, studium ad aurium
 voluptatem magis accommodare verborum sonos, membrorum
 vincula, et totius Periodi incessum. Quod si quis
 negare velit tanquam indecorum et indignum seueritate
 diuinorum hominum, is per me amplius insanias, et
 omnem poeticæ orationis compositionem totumque carminis
 artificium ex hebraeo Codice ableget quod totum ad or-
 natum et suauitatem rebus seuerioribus addendam in-
 uentum est. Atque sic est omnino ipsius naturae, quam
 inspiratio non fustulit, rem magnam iis verborum cancellis
 includere, quibus aliis maxime placeat animosque percusat.
 Ut non addam usum omnium librorum poeticorum ostendere,
 Poetas diuinos suauioris concentus curam, et si non
 anxiam, habuisse. De nouitate idearum multo minus aliquis dubitet,
 quin ea sacris scriptoribus multo maiorem
 necessitatem imposuerit proprio Poetarum sermone uti. His
 enim maxime datum erat res augustissimas, ut maiestatem
 Dei, immensam bonitatis diuinae copiam, tot tantaque
 prouidentiae omnia moderantis documenta animo compre-
 hendere et cogitatione imbibere. Neque minus splendi-
 diffissimae iis obuersabantur harum rerum imagines. Ex quo
 vtroque facile credi potest, quam vehemens etiam animi

A 3

ardor

ardor in iis excitatus sustentatusque sit. De metro quidem quod in externis Poetis tantum in sermonem imperium, etiam cum damno rerum aliquando exercet, certum est illud frustra a multis quaestum esse in sacris carminibus. Adebet tamen in his quoque aliquid, quod locum illius expleat, in numero nimirum poetico atque harmonia singulari, membrorum aequalitate et iusta dimensione verbi ad verbum quaerendum. Vnde, quod mensura syllabarum apud alios efficit, in his *ἀληθουχία* membrorum perisse certum est.

Quae cum ita sint, nobis quidem, re vel maxime nondum experta, nullum dubium foret, quin diuinorum carminum artifices etiam sua quasi domestica lingua, a communi Ebraeorum aliquando diversa, vbi sint, cum eadem in iis adpareant incitamenta, quae reliquis singularis strumentis sermonis caussae erant. Sed ita etiam res adpersa est & facile cuius obvia, qui cum cura & sine superstitione diuina carmina perlegerit. Ad quam vtramque futuri Interpretis virtutem, cum a S. V. PRAESIDE adducti simus et quadam inclinatione ingenii nostri in Ebraicis Codicis adsiduum perlectionem linguaeque hebraicae studium omne impenderemus, sapientius huius Dialecti poeticae Ebraeorum manifesta industria deprehendimus, quae nunc speciminis causa cum aliis communicare animus est. Sic autem institutum persequi constitutimus, vt totum illud tribus absolutuat capitibus; in quorum *primo* certae regulae ponentur ad quas iudicium de Dialecto poetica regi debet, in *secundo* vero ad has regulas variae species huius Dialecti in suos ordines atque classes dispescuntur, in *tertio* denique usus huius totius argumenti varius atque multiplex ostendetur.

Ceterum

Ceterum autem hanc nostram qualemque operam non plane displicituram fore examinatoribus lectoribusque nostris speramus, praesertim cum nouitate se commendet a nemine adhuc pertractata et ab ipso Doct. LOWTHO (Praelectt. de Poesi Sacra Ebr. p. 27. sq.) eiusque inter nos Editore Celeberrimo obiter tantum indicata, vnde etiam facilius veniam tenuitatis nostrae nos impetraturos confidimus, tanquam in via minus trita et valde salebrosa ver-
santes.

C A P. I.

Ingredientes itaque locum paucissimorum disputationibus frequentatum, et a Grammaticis fere omnibus negleg-
tum, qui vt plurimum, ipso BVXTORFIO (in Thesauro) non excepto, in sterili quaestione de metro aut rythmo ha-
serunt, viam ipsam nobis muniemus, legibus minime falla-
cibus ponendis, vt sic cauto pede propositum iter absoluam-
mus. Cum vero hoc agimus, non, puto, verendum est,
ne quis existimat, nos ipsum diuinum spiritum finibus
nostris ingenioli adstringere, eique modum rationemque
dicendi praescribere velle. Nam, vt omnia, quae in lin-
guis praeципiuntur, longa earum apud varios scriptores
vhus obseruatione et notatione nituntur, ita non minus Va-
tum diuinorum sermo eiusque proprius character non fin-
getur a nobis qualis esse possit, aut qualem aliquis eum
optet nimis delicatus, sed qualem crebra et diligenter le-
ctione, vt pro hac nostra aetate esse poterat, deprehendi-
mus, dicetur. Quin etiam in eiusmodi humani ingenii,
etsi vel maxime a maiori vi eleuati, effectis, ipse sensus

commu-

communis et natura vna eademque omnibus insita docet,
quid videndum sit, quid minus.

§. I.

Regula Prima.

Statuemus itaque primam legem hanc : *Quae in libris poeticis et saepè in uno carmine bis terque reperiuntur, contra in libris prosaicis nunquam indicium, faciunt Dialecti poeticae.* Esset vero nunc putida diligentia, si multis argumentis praescriptionem adeo manifestam confirmare vellemus. Quin potius hoc agemus, ex quo patet, quam caute in hoc adfirmando versati simus. Itaque nobis non sermo est de verbis illis, quae nunquam legenduntur in libris prosaicis et semel tantum in omnibus libris poeticis simul sumitis. De his enim απαξλεγονεοι nihil definire audemus, cum res sit nimis subtilis atque delicata iudicii. Nam in vniuersum non negamus, posse quoque in απαξλεγονεοι multa in hunc numerum referri, nobis tantum non datum esse dicimus audacter adfirmare vel diuinando adsequi, num plane non vñstata fuerint in sermone quotidiano, aut quam late eorum usus regnauerit. Saepius enim videtur notio eo comprehensa non amplius in alio quodam loco occurrere, vbi certe non mirum est ipsius verbi usum cessasse, id quod factum reperimus in verbo ορφω iud. V. 17., quam cum Celeb. SCHVLTENSIO locum crebra fluetuum allistione incisum vertimus. Et si vel maxime eius notio in aliis adhuc locis extet, dubium tamen semper manebit, annon sit verbum aliquod barbarum, de cuius usu ideo scriptores optimae notae abstinere

stinere voluerunt. Neque vero etiam hoc dicere volumus, omnia verba in poeticis habenda esse, quae cum nunquam in libris prosaicis reperiuntur, tamen neque Poetis ipsis diuersis communia sunt, sed ab uno tantum adhibentur. Fieri enim poterat, ut eiusmodi verbum tanquam prouinciale, non ab omnibus usurparetur, aut etiam ut magis vsu elegantiorum et cum cura loquentium in aula regia DAVIDIS, SALOMONIS frequentaretur, plebi indoctae et impolitae ignoratum, qualia in Prouerbiis et Cantico Canticorum adsunt fortassis. De his itaque quamuis minime negemus plurima eorum referri forsitan debere ad Dialetum poeticam, tamen certi aliquid affirmare non audemus.

§. II.

Regula Secunda.

Transeamus ad aliam regulam atque porro ita praecipiamus. *Verbum, quod frequenter in libris poeticis occurrat, et pro quo in prosaicis semper aliud substituitur, ad Dialetum poeticam pertinere censendum est.* Atque haec lex valde adnexa est antecedenti. Nam quemadmodum ut diximus, notio verbi expressa Prosaicis dum deest, ipsum verbum propterea non mox poeticis adnumerari potest, ita contra tum, cum Prosaicus et Poeta *eandem* ideam, uterque suo verbo, exprimunt, hoc alterum in poeticis recte habetur. Adsunt vero duae potissimum caussae, quae cogunt tale verbum in poeticis ponere, *prima*, constantia usus apud Poetas et permutationis cum alio apud Prosaicos. Quod tamen non ita intelligi volumus, ut eiusmodi verbum toties in locis poeticis occurrere debeat, quoties notio

B

illius

illius in iis adeat; satis habemus, si saepius sit adhibitum, cum non plane nouam linguam voluerint fingere, neque semper eadem iis adfuerint rationes, linguam communem mutare. Poterat aliquando popularis lingua multo amplior esse. Poterat verbum commune in toto contextu maiorem elegantiam parere, adeoque utrumque Poetam mouere suum, alibi frequentatum, iterum negligere. Altera causa, quae mouet, ut eiusmodi verba poetica esse existimemus, in eo quaerenda, quod nulla probabilis ratio affiri possit, quare Prosaici non usurpauerint, cum tamen toties rem ipsam cogitarent. Nam etsi etiam sumamus, omnibus hisce rebus atque notionibus, diversa imposita fuisse nomina, semper tamen quaestio manebit, cur hoc vel illo nomine a Poetis modo, nunquam autem a Prosaicis insignitiae sint. Si quis enim contra dicere velit, unum horum in eleganteri atque politiori lingua in usu fuisse, ideoque a scriptoribus illis vnicce adhibitum, quibus orationis venustas magis de lege sequenda erat, cum sane cogerem, ut nobis aequre dicat, unde factum, ut, si eiusmodi verbum ob meram elegantiam a Poetis usurpatum, non semper in eodem rerum contextu adhiberetur, undeque porro acciderit, ut in Prosaicis non aequre frequenter occurrat, qui aequre eleganter scribere tenebantur, et quos certum fit ita seruissent. Ceterum hanc regulam etiam tam valere arbitramur, cum verbum cuius propria fides in libris poeticiis est, semel, bis, aut ter in locis prosaicis occurrit. Quid enim prohibet, quo minus in eo fingamus, scriptori vel verbum vel phrasin eiusmodi et lectione carminis in loco succurrisse, adeoque ab eo, tanquam sponte sua veniens, admissum fuisse. Ita nimis videmus, toties Prosaicos nostros Poetas imitari. Vix ita-

itaque e poeticorum numero excludendum esse credimus verbum כָּלֹבֶד, *coelum*, quod in libris poeticis saepissime, in prosaicis vero bis tantum reperitur, nimirum Ies. XLV. 8. et Jerem. LI. 9. probabile enim est illud in priori loco desumptum esse ex loco poetico Iob. XXXI. 28. qui locus illi Iesaiæ quoad plura verba parallelus est; in posteriori vero Jerem. LI. 9. alludi videtur, ad locos illos parallelos, vbi vox כָּלֹבֶד coniungitur cum voce כָּלָבֶד, qualis est ille Psal. XXXVI. 6. qui cum loco Ieremiae, ob eundem tropum magnitudinis vel altitudinis, conuenit.

§. III.

Regula Tertia.

Sequitur lex tertia, quam ita formamus: *Verbum in rariore, insolentiore et exquisitiore significatione apud Poetas occurrens, neque sub eadem apud Prosaicos, perinxet, sub hac significatione, ad Dialectum poeticae.* Dari in omnibus linguis eiusmodi verba, quae in hoc contextu hanc, in alio aliam admittunt significationem, est quidem eiusmodi, ut neminem linguarum studiosum fugere possit. Neutquam itaque nos id nobis, sic constituta regula, velle per se patet, quod ratio semper omnium variarum significationum verbi cuiusdam in carminis lege sit quaerenda. Quin potius id affirmamus, esse verba quaedam in lingua hebraica, quae, cum sub varia significatione apud omnes in usu sint, a Poetis tamen interdum ita usurpetur, ut plane nouam ideam cum iis coniungant et lectorum animis infundant, ut sunt omnino permulta et omnia illa, in quibus translatio quaedam deprehenditur. Haec talia itaque de Dialecto poetica esse dicimus. Videtur autem

horum omnium adparatus tribuendus esse, *primo*, illi imaginationis excitationi, qua superant Poetae Prosaicos et ex qua sit, vt vel leuissima aliquando arrepta similitudine, mox verbum proprium ad aliam rem transferant, id quod feueritas iudicii in prosaico Scriptore maxima ex parte impedit. Vnum modo, cum in sequenti Capite de instituto de hac re agemus, exempli loco hic adponemus verbum *κεντησθαι*, quod vel centjes a Prosaicis eo sensu usurpatum, vt denotet locum editum vel excelsum, a duobus autem poetis scriptoribus, DAVIDE II. Sam. XXII. 34. vel quod idem est Ps. XVIII. 34. et HABACVCO Cap. III. v. 19. adhibetur eo sensu, vt significet *pedes* atque *crura ceruorum*. Ac nescio, annon porro maior et vehementior impressio rei obuiiae in animo efficiat, vt Poeta, cum nil quam eam cogitat, etiam verba *ἐμφανωτέα* de ea usurpet, quam Prosaicus, hoc pondus non sentiens, usurpaturus fuisset. Est que hoc ipsum pondus rei non aestimandum ex propria ipsi natura, aut ad subtilioris iudicii normam dimetiendum. Nam, quae per se parua sunt, et ex quieta magisque libera commentatione cognoscuntur, animus impulsu eorum abreptus, in hoc temporis momento vt maxima sibi cogitat. Quod vtinam! semper cogitarent Interpretes quidam crassioris ingenii, qui toties in iis locis, in quibus res aut euentus quidam grandiori sermone describitur, quam natura ferre videatur, eum ad sublimiora N.T. fata referunt. Sed haec quidem huius loci non est querela. His duabus causis *tertia* fortassis addi poterit, haec nimirum, Poetam interdum coactum fuisse, si non plane nouum verbum in linguam introducere volebat, verbo notionem aliquam nouam, quamvis non plane abhorrentem a communi, addere, quo morem suum, in posteriori membro distichi repetere.

tere id quod in priori dixerat, refinare posset; hoc enim scriptoris genus Poetas sacros adamaſte, exemplis docere superfluum foret.

§. IV.

Regula Quarta.

Sequitur, ut et amplius hoc praecipiamus. *Conſtru-*
ciones in carminibus ſacris obviae, quae a proſaicorum
ſcriptorum conſtruendi modo aut plane abhorrent, aut ra-
riores in iis adparent, Dialecto poeticae ſunt adnumeran-
dae. Atque in eo quidem nemo facile nobis repugnet,
 quod Poetae in vniuerſum non iis legibus contexendae
 orationis adſtriecti teneantur, quas, non dicam Historici,
 fed vel ipſi Oratores ſequi ſolent. Quam non videmus
 eos verba coniungenda, per duos, tres, aut plures versus
 diuellere, alia tranſponere et hyperbatis abundare, crebri-
 oribus denique vti epithetis aut longioribus, quod poſtre-
 rum ipſe ARISTOTELES de negat ſtylo Oratorum, tan-
 quam quod magis Poesin deceat (*Rhetor.* lib. III. cap. III.).
 Sed dubitare quis poſſet, an texture Orationis apud Vates
 hebraeos adeo multum ab ea recedat, quae in oratorio
 Prophetarum ſermone deprehenduntur, ſiquidem verum fit
 illos metro caruiffe. Euanefcet vero haec dubitatio per ma-
 nifesta indicia deinceps adferenda. Iam vtrumque id
 quod iam ante aliis de cauſis submonuiimus, etiam in hoc lo-
 co vrgemus, dicimusque primum etiā non ad artificiosi me-
 tri leges carmina elaborauerint Vates diuini, tamen ſuauiter
 in aures cadentis orationis dimensionem iis non deeffe,
 eaque non minor certe poterat cauſa inuersae constructio-
 nis eſſe: Denique ſi vel maxime propheticus ſermo hunc

turbatum verborum ordinem in carmine aliquando imitetur, tamen cum hoc non aequa constanter atque crebro ab illis, quemadmodum in hoc fiat, recte iudicatur inter proprietates poetici sermonis referendum esse. Ut taceamus ipsi seriei propheticarum narrationum multa iusta carmina interspersa esse, in quibus adeo non mirum sit, hanc Dialecti poeticae speciem reperiri.

§. V.

Regula Quinta.

Subsistimus tandem in praecopto ultimo hoc: *Flexiones verborum et terminations, quae in Prosaicis rarissime occurunt, pertinent ad Dialectum poeticae.* Maximam autem has rariores verborum flexiones atque terminations, quemadmodum in Graecorum Poesi, ita etiam apud Vates Ebraeos, Dialecti Poeticae partem constitutere, deinceps manifestum fiet. Negue minus ex iis, quae supra diximus, patet, si quae tales sint, cerni eas in nominum protractione, subtractione, per syllabae repetitionem quasi prolongatione et sic porro. Iam hoc unum monuisse sufficiat, esse Ebraeis, in iis frequentandis, non solum communem quandam cum reliquis caustam, subtiliter explicatam ab ARISTOTELE (de Poet. cap. XXII.) verum etiam aliam peculiarem, quas utrasque ante omittere cogebamus, cum non ad omnes Dialecti poeticae partes aequa pertineant. Nam quod ad illam attinet, cum non ita ornatum quaerent et elegantias sermonis, ut perspicuitas tolleretur, inde factum, ut noua verbi domestici flexione utrumque obtinere curarent. Sed ipsum ARISTOTELEM audiamus: ὅτι ἐλαχίστον, inquit, τὸ μέρος συμβάλλονται, εἰς τοις οὐφες της λέξεως, καὶ μηδιώτ-

ιδιωτικούς, οὓς επεκτάστε, καὶ αποκοπάς, καὶ εξαλλαγάς των ονόματων· διὸ μεν γαρ τὸ αἷλως εχεῖν, ὃν ὡς τὸ κυρίου πάρετο εἰδος γηγομένου, τὸ μὲν ιδιωτικού ποιῆσαι διὸ δε τὸ κοινώνιον του ειδότος τὸ σύμφερος εἶσαι. Neque dubium est, quin haec res ad eiusmodi inflexiones efficiendas multo plus moverit Vates diuinos, qui a sanctiore spiritu impulsi neque contemnebant elegantias sermonis sponte se offerentes, neque cum damno sensus admittebant. Sed accedebat apud hos, ad idem tentandum, maius studium euphoniae, quo factum, ut adderent aut demerent litteram syllabamque, si sonorum in duobus verbis appositis aequalitatem aures laedere ipso suo sensu experiebantur. Cui rei ut fidem faciamus paullo post exemplis clarissimis vtemur. Neque vero adeo repugnabimus, si quis addere velit, aliquando in iis maxime carminibus, quae publice decantanda essent, etiam ob cantionis suavitatem verborum formam atque speciem paullisper immutatam fuisse.

C A P. II.

Positis his atque firmatis de Dialecto poetica Ebraeorum reēte iudicandi formulis, nunc porro ipsi eas ad usum transferemus, experiemurque an singulas partes exemplis manifestis illustrare possumus. In quo iterum ita versabimur, ut quatuor horum exemplorum classes constitutas, in quarum *prima*, Verba apud Prosaicos nunquam aut rarissime occurrentia, ponemus: In *secunda* vocabula recensebimus, quae in rariore et exquisitiore significatione apud Poetas sumuntur: In *tertia* insolentiores constructiones

ibni

ones proferemus: Tandem *quartae* flexiones et termina-
tiones nouas reseruabimus. Sed in singulis paucis con-
tentii erimus, cum neque propositum sit Lexicon linguae
Poetarum ebraicae scribere, neque tenuitas ingenii totum
exhaurire patiatur, tanquam in quo adeo multo latent,
neque etiam libelli temporisque angustiae late excurrendi
spatium concedant.

§. I.

Classis Prima,

Dabimus itaque primum specimina verborum et
modorum loquendi, quae a profaicis scriptoribus diuini
Codicis Ebraei, aut nunquam, aut vix semel usurpatur, a
Poetis vero saepissime adhibentur. Cum vero eiusmodi
verba aut plane nouiter efficiantur, aut ex peregrino sermone
assumpta esse possint, aut tandem hebraica quidem, sed ra-
rissime usurpata, id quod ante euictum dedimus, non
quidem audemus plane *nouorum* indicem fingere et *απαξ-*
λεγομένα in carminibus in hunc numerum referre. Vix
enim in tantis tenebris linguae hebraicae aliquid certi in
hoc genere statui potest. Poterat eiusmodi vocabulum a
nemine antea usurpatum esse! Sed poterat etiam, ut di-
ximus, *prouinciale* aut *aulicum* delicotorum hominum
esse! Poterat contra tanquam barbarum plebeis homini-
bus in *vnu* esse, vt adeo ceteri Scriptores omnes sibi ab
eo cauerent, et semel Poeta in carmen traduceret, in loco
in quo ipse talis homo loquendo introducendus erat. Haec
omnia, inquam, prohibent, quo minus hic aliquid tem-
temus, si vel maxime certum sit diuinos quoque Vates ali-
quando amasse

indi-

indiciis monstrare recentibus abdita rerum
MORATIO dicente, atque iisdem data fuerit haec

licentia sumta pudenter.

Sed neque ex altera parte a nobis impetrare possumus, ut
modestiam Cel. LOWTHI deseramus, qui ne quidem
omnia, quae nunc nobis chaldaica videntur, in Poeticis nu-
merari vult et pro Glossis haberet, cum utriusque linguae
olim aequae communia esse potuerint. Itaque illas solum
voces peregrinas in hac classe notabimus, quas constat certo
chaldaicas esse, patetque hoc vel ex vsu frequentiore apud
Poetas solos, vel ex aliis certis indiciis. His porro ea ad-
demus, quae et si ebraeae originis videantur, tamen perraro
in Prosaicis ocurrunt, cum tamen in his non minus am-
plissima iis vtendi occasio esset. Sequemur vero in utris-
que recensendis ordinem litterarum.

בָּשָׁר fenesira. Iud. V. 28. Prov. VII. 6. Hoc, cum
quo in reliquis Codicis hebrei libris בָּשָׁר commutatur, et
quod SCHVITENSIVS in Comment. ad locum poster.
illustrat, et si paulo timidius, Glossis adnumeramus et
propter id poeticis. Nam primo vocabula quadrilittera
Ebraeis vix in vsu fuere, et plurima ex his aliunde assumta.
Deinde, cum in Iudicium loco in mentione matris
SISSERAЕ mulieris cananiticae legitur, probabile est, Ca-
nanaeorum linguam, tanquam proprium, illud agnouisse.

בָּר, **כָּר**, **בָּר purus**, **puritas**. Nunquam etiam extra car-
men legitur, contra saepius in libris Vatum diuinorum,
ut molestum esset locos omnes adscribere. In reliquis per-
mutatur cum נְקִיּוֹן, נְקִיּוֹן, cumque tota Φεατις apud Poe-
tas sit בָּר יְרֵךְ aut בָּר לַבְבֶּךְ, apud hos in simili contextu est,
quem tamen loquendi modum etiam illi retinent.

בָּנִי filius. *Hieb.* XXXIX. 4. *Hymn.* II. 12. *Prov.* XXXI. 2. ter. Hoc, si quod aliud, pro chaldaico habendum, cum in hebraico contextu alibi non legatur, et in chaldaicis tantum sermonibus, DANIELIS atque ESRAE, usurpetur. Agnoscamus itaque non minus in hoc Glosam.

תְּהִלָּה lex. *Deut.* XXXIII. 2. Constat legem hebreis **תְּהִלָּה** dici, et aequem manifestum est, in solis chaldaicis aut chaldaizantibus libris, DANIELIS, ESRAE ET ESTHERAE alterum **תְּהִלָּה** reperi. Et in his quidem constans se re eius usus est, in DANIELIS certe, in quo verbum **תְּהִלָּה** tantum exstat. Ita non est, quare quis dubitet cum Cel. LOWTHO apud MOSEN idem pro peregrini sermonis indicio habere. A Nostris quidem non timendum est, ne cum KENNICOLO legere malint **תְּהִלָּה**, et si parati, etiam essemus, vel contra ipsum Virum doctissimum lectionem vulgarem tueri.

וְ. Hoc non ignoramus etiam quatuor in locis praefacis, pro pronomine **וְ** legi. Cum vero contra sexcenties in carminibus occurrat, et bis in uno Cantico Iraelitarum, Exod. XV. dist. 13. 16. non dubitamus, quin per ea, quae aliquoties diximus, ad proprietates styli poetici referendum sit. Illud vero vix monendum est, pro **וְ** saepius etiam esse **וְ** aut **וְ**, et in eo diuersam orthographiam, ex diuersa pronunciatione oriundam, agnoscere debere.

מְנֻאָה **מְנֻאָה**, ibidem ob LOWTHI Eiusdem auctoritatem addimus. Sed plane non mouet in tertia voce **מְנֻאָה** pro **מְנֻאָה**. Nam, quoties non coniugatum inde **מְנֻאָה** ventura, in textu ebraico occurrit.

כַּעַד *Hieb.* XII. 5. *Hymn.* XVIII. 37. (*I. Sam.* XXII. 37.) *XXVI.* 1. *XXXVII.* 31. *LXIX.* 24. *Prov.* XXV. 19. Cum

Cum hoc verbum, cui vacillationis, mutationis notio nem inesse satis constat, apud nullum Prosaicum scriptorem aequa occurrat, et tamen sex vicibus, in diuersis diuerorum carminibus deprehendatur, summa omnino oritur probabilitas, illud poeticis esse adscribendum. Auget praeterea suspicionem, si animaduertamus, ipsam ideam a Prosaicis toties frequentatam fuisse, et semper in tali contextu verbum טוֹרָה aut נְתָנָה adhiberi, et aut simpliciter posse, aut cum יְהִי, נְגַל et sic porro coniungi, ut Leuit. XXV. 35.

טָרָה crus. *Hymn.* XVIII. 37. (*II Sam.* XXII. 37.) Tanquam quadrilitterum, et in carmine adeo sublimi deprehensum, et si sit απαξ λεγομένον cum venia lectorum, in numerum Poeticorum recipiemus.

שְׁנָר serpentis genus *Deut.* XXXII. 24. *Hiob* V. 7. *Hymn.* LXXVI. 4. LXXVIII. 48. *Canticor.* VIII. 6. *Habac.* III. 5. Obiter monemus, verbum non ex significatione, in qua radix שְׁנָר apud Samaritanos in vnu est, esse explicantum, ut sit pruna, carbo, sed notionem serpentis ei inesse, ex significatione repfit, apud Syros. Nunc, cum vnuce in his locis occurrat, in quibus aperte Poësis regnat, idem vocabulis poeticis addimus.

§. II.

Classis Secunda.

Sequitur, ut eorum addiamus specimen, quae eti ab hebraicis scriptoribus reliquis non ignorentur, tamen a Vatibus diuinis, in rariore et exquisitiore significatione, sumuntur, et in quibus adeo eadem licentia vtuntur, quam iustis de caussis exteris poëtis concessam esse Cap. I. §. 3. euicimus.

בְּסֹתָה cura, pedes ceruorum. II Sam. XXII. 34. Psal. XVIII. 34. Habac. III. 19. (cf. Cap. I. §. 3.) Primus, hoc in poeticis habendum esse, eidemque in locis adductis, mere poeticis, significationem crurum (*der Läufte*) inesse, in Disputatione ad S. V. CRAMERVM euicit PRAESES noster. Cumque hanc conjecturam, non solum argumentis valde probabilibus firmauerit, in primisque hoc, quod cum duo vtriusque membra substantia apud HABACVCVM seruentur et tantum verba finita mutentur, cumque praeterea Celeberrimi Duumiri, ipse CRAMERVIS, in *renovata Editione Poeticae huius Versionis*, et ante eum BOSENIVS eandem suo iudicio comprobauerint, neque nos dubitamus audacter in hac secunda classe, primum praecipuumque facere. Est vero non necesse addere, verbum hoc, in aliis locis, aut simpliciter ponи, et *excellsa* idololatrica Israelitarum notare, aut cum adfixo numeri multitudinis ☐ eodem sensu, aut denique coniungi cum verbis בְּנֵי, צַדְקָה, עַב et sic porro. Ut adeo mirum sit, Interpretes in his tribus locis, aulam DAVIDIS intelligere potuisse. Quid vero apud HABACVCVM intelligent? apud quem scilicet nulla DAVIDIS mentio. Ita fallunt atque falluntur pii, sed minius alte subtiles Interpretes!

הִרְחָה viii. Hymn. XXII. 21. XXXV. 17. Nunquam praeter hic alibi occurrens sub forma feminini, etsi saepius יְהֹוָה et interdum pluralis יְהֹוָת. In priori loco LXX habent ταπεινωτὸν μου; VULG. unicam meum; HIERON. in Commentario, idem, sed in Versione solitariam meam; ORIGENES μονογενέν μου; LUTHERVS Einsame. In posteriori loco constant sibi HIERONYMVS, VULGATA et LUTHERVS, sed LXX vertunt μονογενέν; AQVILA μοναχη; SYMMACHVS μονογενης. Ex qua recensione

sione patet, omnes haesisse in prima notione vulgari, quae verbo **רָחַם** ineft, et nimis eam in vertendo pressiffe, si LXX in priori loco excipias. Nam, vt dicamus, quid nobis videatur, aut explicandum vocabulum in his duobus locis ex Arabico **رَحْمٌ**, *rem ad existentiam perditere, unde coniugatum, existens, ens significans, vt adeo facilis abhinc ad notionem vitae transitus fuerit, aut dicendum רָחַם, in h. l. per compendium dictum pro רְחִמָה וּרְחִמָה נֶפֶשׁ וּרְחִמָה subintelligendum sit, et sensus simplificiter, me ab omnibus deseritum.* Ita quidem non amplius poeticum esse facile largiemur.

anima. Gen. XLIX. 6. Hiob XIX. 9. XXIX. 20. Hymn. XVI. 9. XXX. 13. Est vero apud Hebraeos vocabulum **כְּבָרָר** latissime patens et in vniuersum in iis rebus ponitur, in quibus quis maximum suum decus quaerit, in quibus aliis praeculer, quae maxime aestimat. Vnde toutes *possessions, diuitias, sapientiam, diuersitate contextus, nota, et de Deo usurpatum, aequae toties in vniuersum eius maiestatem, quod AQUILAE similibus syllabicis Interpretibus obseruandum erit.* Sed nunquam, et si saepius occurrens, extra carmen, pro **כְּבָרָר** profaneo adhibetur. In hoc itaque usus eius solis poetis proprius fuisse probabile est, vertendumque aut simpliciter *anima*, aut quemadmodum Latinorum Poetae dicunt, *optima pars mei.* Ita recte R. MOSES COHEN, ex recensione ABEN ESRAE in Commentario ad locum primum Gen. hanc significacionem, etiam ob aequalitatem antecedentis membris, probavit. Forte vero, vt hoc addamus, affixum **וּ**, in ultimo Psalmi loco, vicio librarii omisum, legendumque **כְּבָרָרְיוּ** quemadmodum Graeci recte habent **μέν.**

aer. Hymn. XVIII. 11. II Sam. XXII. 11. Adsum

dimus idem cum PRAESENTE i. e., probatum non miras
BOYSENIO et CRAMERO II. ec. Nam primum in tali
contextu nunquam iterum occurrit: Deinde cum omni-
bus bonae interpretationis regulis pugnare videtur, usum
verbi in numero unitatis, in carmine adeo sublimi, ex lo-
cis illis historicis explicare velle, ubi, ut plurimum etiam
in plurali, de figuris in templo usurpatum, et non potius
has figuras ex illo: semper porro in narrationibus Histori-
corum cum alio verbo finito, ut בְּשָׁרֶב, construitur. Tan-
dem apud Arabes כְּמַתֵּב, tertia p̄b̄, significat secare,
dissecare, unde non durum videri potest, si Poeta con-
iugatum inde, in significatione aeris sumserit, quoniam
aer quasi nubes dissecat. Haec PRAESES Ven. qui prea-
terea nobis adfirmauit, ipsi plura adhuc argumenta in
promtu esse, que in Commentario explicare amplius pro-
positum fit.

¶ וְשָׁרֶב vesci. Hymn. CXLI. 4. Prov. IV. 17. IX. 15.
XXIII. 1. 6. Est quidem non ignotum reliquis scriptori-
bus, quemadmodum nullum huius classis. Sed semper
militarem sensum habet, nunquam comedendi, ut in his
locis mere poeticis. Quare ex legibus supra positis, ipsum
etiam poeticis, sibi hac notione, adnumerandum est. Pro-
faici dixissent נְכָבֵד, et addito nomine, מְנֻחָה נְכָבֵד. Ceterum
in primo loco Psalmi, in quo Versiones mire dissentunt,
vertimus ad verbum: neque vescar deliciis, voluptatibus,
eorum.

¶ וְשָׁרֶב vngere. Hymn. II. 6. Clarum est, vngctionis sen-
sum, eti metaphoricum, hic vrgendum esse. Nunc cum
semper tantum in cognata significatione, in reliquis scrip-
turarum V. T. libris occurrat, in iisdem tamen toties un-
gendi idea expressa sit per יְשָׁבֵב, non dubitamus, ex iis,
quae

quae ante diximus, hunc usum verbi poeticum dicere. Nam Prosaicis, si eo vntuntur, libandi significacione venit, quemadmodum in Φεασει נספִים נְסָפָה. Libandi itaque notio DAVIDI occasio erat, adunctionis ritum transferre, quemadmodum illa verbo fine dubio addita ex antiquiori irrigandi, quam Arabicum נַשְׁבָּה adhuc obtinet.

§. III.
Classis Tertia.

Sed pergitus ad tertiam classem, in qua insolentiorum constructionum exempla proferenda sunt. Locus, non negamus, non minus quam duo superiores difficultissimus, et ad labendi periculum valde proclivius. Sed tamen non totum defugiemus ex amore instituti, et quoniam singimus nobis benevolum lectorem, interponentem suum promissum, si plura placebunt, non

paucis offendar maculis.

Atque illud quidem non veremur, audacter pronuntiare, abundare primum stylum poeticum

omissionibus, vt particularum, *pronominum*, in primisque pronominis נַשְׁבָּה, huius etiam aliquando duriore, vt *Hymno LI. 10.* vbi ante דְבִתָּה necessario supplendum, et Prosaicus profecto non omisurus fuisset: Verbi etiam נְסָפָה. Sed haec per se facile intelliguntur, et sunt a GLASSIO aliisque diligenter notata.

Dicimus itaque porro, eos imprimis gaudere
monosyllabis, in clausula periodorum, in quo illa caussa
moti esse videntur, quam supra (p. 5.) secundo loco posuimus. Nam ita graui quasi pondere in aures et animum versus
ruit. Ex quo simili patet, hunc usum ab iis maxime
fre-

frequentari in carmine epico. Experiemur vero, an exemplis efficere possimus, ut Lectores hoc, in quo omnia ab aurum iudicio pendent, nobiscum sentiant. Itaque in Επιτυχίᾳ Israelitarum, *Exod.* XV. dist. 3. et 8. huc referre non dubitamus. En! ipsa verba

זהו איש מלחמה
זהו שפט

ומricht אפיך נערכטו טעם
נאכטו כמו נר נוליכו
קפאו תחתת בלב וט

Quam non illud in priori loco ita aures tundit, vt hoc maiore cum vi, maiestas diuina animo se insinuet, et ipse animus in hac vna, quemadmodum versus, subsistat. Et in posteriori, quis non longas et graues in mari ruinas hostium, per illud קפאו indicari putet, quemadmodum suis verbis iam monuit PRAESES in *Vindiciis inspirationis divining aduersus Enthusiasmum poeticum*. Est vero omnino in hunc ordinem referendus ille mos Poetarum, Prosaicus non aequae constanter usurpatus, in fine Periodi futura per *Participium* cum pronomine הָוֹא formare, vt

Hymn. L. 6. יוניו שפט צדקון
כי אלהים שפט הָוֹא
Prosaicus certe dixisset;

Addimus his illud carminis hebraici artificium quod maxime cernitur in transpositionibus verborum finitorum. Solent nimirum in duobus distichi membris vtrinque vinciendis ita versari,

versari, ut si verbum alterum priorem periodi partem incepit, alterum respondens in posteriori clausulam efficiat, vt mox

Hymn. II. 2.
או ירבר אלימו באפּו
וכחרונו וכהלמו
תרעם בשבש ברול 9. v.
ככלי וזער הנפצעם

Deut. XXXII. 16.
וקנאהו בזרים
בתועכת וכעיסחו

aut contra, vt

Hymn. XVIII. 6.
חכלי שאול סכובני
קרטוני מוקשי טות

Prosaicus situm verborum potius ita moderasset, vt in ultimo loco esset

חכלי שאול סכובני
ומוקשי טות קרכונוי

et in primo

או ירבר אלימו באפּו
ובהלו מחרונו

Neque tamen ii sumus, qui aut existimemus Poetas constanter hanc orationis texturam sequutos esse, aut contra negemus Historicos et reliquos Scriptores unquam eandem imitatos fuisse. Quin potius in ytroque, facile unicuique cedimus, hoc ynum nobis postulantes, vt reliqui Scriptores non tam crebro, in hoc genere, Poetarum consuetudinem expressissime existimentur, quam constat ipsos Poetas communem usum retinuisse. Sed multo plura sibi, tanquam propria, vindicant Poetae apud Hebraeos in totius orationis forma, vt sunt porro

traiectiones crebriores, et aliquando ita durae, vt si ad leges solitae orationis ordo statuendus sit, nouum plane ~~טוענים~~ adpareat. Atque in his iterum varie versantur. Etenim aut sine magna offenditione subiectum a praedicate latius seiungunt, aut in duobus pluribusue membris, vnum totum ita ponunt, vt aequaliter inter reliqua partiendum sit, quod dōcte obseruauit Cel. LOWTHVS (Praelect. XIX.), aut, quod addere debuisset, in duobus membris duo verba, ad utrumque pertinentia, inter utrumque diuidunt, aut deinde plura subiecta et praedicata inuenient miscent. Exemplis res manifestior fiet. Ita quod ad primum traiectionis modum attinet.

Hymno LXX. 5. Vates diuinus canit

וַיֹּאמֶר תְּצִא יְנָךְ וְגַדְלֵה אֱלֹהִים יְשׁוּעָתְךָ
eum de lege dicendum fuisset
אהבו ישועתך יאמרו תמייר גודל אלhim

aut
וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יְשׁוּעָתְךָ תְּסִיר וְגַדְלֵה אֱלֹהִים
et eiusmodi sexenta alia occurunt. Secundi modi haec
sunt:

Hymno II. 2.
וַיֹּאמֶר מֶלֶךְ אָרֶץ זְרוּעִים נָסְדוּ יְחִידָה
על יהוה ועל משיחו
pro:
וַיֹּאמֶר מֶלֶךְ אָרֶץ על יהוה
זרענִים נָסְדוּ יְחִידָה על משיחו

Hymno XVIII. 16.
וַיֹּאמֶר אֲפֻקֵּן מִתְםָן זְבַלְמָן מִסְרָה תַּבְלִי
בְּגַעֲלָתְךָ יהוה פְּנַשְׂתָּה רוח אָפָר
cum vellet dicere

וְזֹאת

ויראו אפיקו מים מגערתך יהוה
ויגלו טופרות הכל מנשפת רוח אפק

Ad tertium pertinent sine dubio haec MOSIS.

Exod. XV. 8.

ובrhoח אפק נערמו מים נצבו כטו נר גלים.

Hic certe adiectiuum גלים *rapidae*, substantiuum requirit, nempe ex priori membro, ut sit aquae rapi-dissimae sicut cumulus steterunt, contra in priori membro ob verbum נערם מים, cuius pondus sola mentio aquarum non aequaret, ipsum adiectiuum גלים, ac si scriptum esset

ובrhoח אפק נערמו מים גלים
נצבו כטו נר מים גלים

Tandem ultimae formae indicia in his esse videntur:

Prov. XX. 7.

טהולך בתמו צוק אשורי בני אחריו

Valde perturbata omnino structura non alio modo in ordinem redigenda, quam sic:

בני צוק מטהולך בתמו אשורי יהו אחרון

Iterum. Prov. XXIX. 14.

מלך שפט באמת רלים כסאו לעד יכו

Prosaicus dixisset

כסא המלך שפט באמת רלים יכו לעד

Sed forte in hoc ultimo nimis curiosi sumus, possetque in eo Ebraismi aliquis iura tueri velle, neque nobis repugnantibus.

§. IV.

Classis Quarta.

Mittimus locum, quemadmodum diximus, caute pre mendum, et pergitus ad ultimam classem amplissimae ditionis, occupatam iam, a LOWTHO cumque ēo a CEL. MICHAEL. Itaque ea, quae ab his summatim observata videmus, copioiore oratione recensebimus, et fortassis etiam addemus nouas formas harum flexionum, ab his, cum non de instituto esset totum retractare, praetermissas. Cernitur autem illa insolentia flexionum pri mium in

I. additionibus litterae unius aut plurimi, quibus ver bum commune producatur, et apte periodum claudat: vt

נ in verbis, קומת, Hymn. III. 8. et quatuordecim amplius vicibus, aliquoties tantum in locis pro saicis, שרה, Hymn. VII. 7. XLIV. 24. LVII. 9. LIX. 5. CVIII. 3. et nunquam in prosaicis. שית Hymn. IX. 21. CXLI. 3. iterum nunquam in Pro saicis.

נ in nominibus, vt בְּנֵי Num. XXIV. 3. יִצְחָק Gen. I. 24. (in quo aliquid probabilitatis accedere posset persuasiōi Auctoris der Briefe über die Mosaischen Schriften, Viri, quisquis fit, summi, de tribus capitibus primis, poetica narratione, scriptis) Ies. LVI. 9. bis Zeph. II. 14. (apud utrumque in magis adstricto sermone) Hymn. L. 10. LXXIX. 21. CIV. 11. 20: בְּנֵי מֹשֶׁה Hymn. LXIV. 8. Sed agnouimus omnino in his Syriasmum, in quo constat verbo cum sequenti construendo, scilicet נ addi, et si

- ¶ *NX* et si semper maneat apud Hebraeos, tanquam in solo peregrino, forma poetica.
 in *affixis*, vt **טו** pro **ם**, aut **ם** sexcentis in locis,
 in uno Cantico nouem vicibus.
 in *participiis* et *infinitiis*, vt **אטו** *Gen. XLIX.*
הושבי, **מושבי**, **ממשלי**, **מנכחו**.
Hymn. CXIII. 5. 6. 7. 8. 9.
 in *aduerbiis* vt **מן** *Iob. XXXI.* 18. et saepius pro **מן**; **עלי**; **מן**; **על**; **עו**, *Hymn. LXXXIII.* 18. *XCII.* 6. 8. *CIV.* 23. *CXLVII.* 18. *CXXXII.* 12. pro **ען**; **אנ** *Hymn. CXXIV.* 3. 4. 5. pro **ן**.
 in *affixo* feminino **ת** vt in uno *Hymn. CIII.* 3. 4. 5. quinque vicibus (non *quatuor* vt **LOWTHVS** Praelet. III.) itemque *LXVII.* 7. 9. *CXXXV.* 9. *CXXXVII.* 9. et toties alibi.
 in *swuris* ante affixa, vt **ארטנחו**, *Exod. XV.* 2. **וברכנו**, *Hymn. LXX.* 15. **וסככנו**, *Deut. XXXII.* 10. et toties ante affixum **ת**, denuo per Dagesch extrusum, cf. de hoc *Nun* III. **MICHAELIS** in sua *LOWTHI* editione p. 47.
 in *particulis*, vt in **איככה** bis *Cant. V.* 3. pro simplici **אֵין**, neque enim ibi affixum censeri potest.
טו in *praefixo*. **ט** vt fiat **כטנו**, quod plane poeticum pronunciat **LOWTHVS** l. c. neque ei repugnat **MICHAELIS**. Atque sic in uno **Եռամա** Israelitarum bis legitur.
 II. *detraktionibus*, vt litterarum duarum **ת** et **נ** in **תונ**, et remanente **ו**uncto sequenti verbo, unde *Iud. V.* 7. bis in **שקרתו**. *Hymn. CXXXVII. 8. 9. ter*, et saepius alibi.

D 3

Idem

Idem littera (א) in pro **בְּרִית** Exod. XV. 2.
Hymn. CXVIII. 14. *Ies.* XII. 12. Nam et si **מִיכָּאֵלִים**, cum **קְנִיקֹתֶו** legere malit
בְּרִית omisso (א) per vitium librarii (in collegio
critico etc. p. 113. 144.) tamen sequimur libentius
in eo PRAESIDEM in Disput. de iudicio super
var. *le^tl. Cod. hebr. faciendo p. 5.*

III. mutationibus

ש litterarum ו in א quemadmodum in ש pro **שְׁרָתָה**
Hymn. L. 11. XLVI. 12. *Deut.* XXXII. 13. et in
נְאָרָה pro **Exod.** XV. 5., nisi quis dicere
velit, מִן non communis, sed solum masculini
generis quondam fuisse, quo, et si non sine diffi-
cultyte euicto, hoc exemplum transponendum for-
ret ad pag. anteced.; ו in ר more chaldaico, vnde
מְרוּחַכָּת *Ies.* XIV. 4. pro **טוֹהָנָה**; ש in ת, **תְּלִילָנוּ**
שְׁלָלָנוּ *Hymn.* CXXXVII. 3. quae duo poste-
riora exempla libenter Cl. LOWTHO debeamus.

ת terminationem ו pluralium in chaldaicum ו locis
ab Eodem LOWTHO (Prael. III. p. edit. nouae,
45.) adductis.

generis masculini in foemininum, ut שְׁרָקָה pro
שְׁרָקָה *Gen.* XLIX. 11. pro **יְמֻוָּתָה** *Deut.* XXII. 7.
Hymn. XL. 15. pro **שְׁנָוָתָה** *Hymn.* LXXVII,
XL. 12. 15.

IV. duplicationibus verborum, nominum et sic porro:
Atque hoc PRAESES tanquam a nemine ante
obseruatum, submonuit. Sunt vero ex hoc nu-
mero sequentia: וְפִזְבָּחָת pro **וְפִזְבָּחָת** (Cant. VII. 7.)
Hymn. XLV. 3. שְׁחָרָתָה Cant. I. 6. pro
חַטָּרָתָה *Ithren.* I. 12. II. 11. pro **תְּלִילָם** Cant. V. 11.
Atque

Atque in his *superlationem* quandam agnoscendam esse dixit, qua vsus sit Poeta, aut ob maximam grauitatem rei, aut ob teneritatem affectus, ut adeo maxime quadret in *Idyllo*, quemadmodum in *Caico*; *Epico* carmine, ut *P. XLV.* et *Elegia* vt *Threnis*.

Absoluta nunc hac recensione, facile sit cuius omnes illas cauillas hue transferre, et ad illam regulam singulorum examen instituere, quas p. 5. sq. et §. V. explicatas dedimus. Semper videbit aut ob affectuum imperium, aut ornatus gratia, aut ob concentum et harmoniam suauem consequendam, secutos esse Poetas Ebraeorum hanc proprii sermonis partem. Sed vrget tempus, vt ad usum harum, quales obtusis ingenis videri possent, grammaticarum minutiarum, multiplicem eum variumque accedamus.

C A P. III.

Dicimus vero recte cognitum hunc Poetis proprium sermonem plurimum adiuuare in *puritate vertendi*, in *explicandi* porro *subtilitate*, rursus in *regendo iudicio variarum lectionum*, et tandem in ipsa doctrina fidei doce tradenda. Atque digna omnino haec res, tum propter suam ipsius utilitatem, tum ob indoctum multorum contemptum, quae apertis a nobis exemplis demonstretur. Itaque, si aperta sint, non magno etiam numero augebimus.

§. I.

Et puritatem quidem versionis egregie per intelligentiam accuratam harum elegantiarum, iuuari, nemo, puto, adeo

adeo dubitabit. Sed multi scilicet etiam non adeo eunt. His itaque non scribimus, satis contenti, si doctis viris exemplis quibusdam probemus, nos ipsos de hoc vsu nobiscum saepius cogitasse. Itaque mox in illo **וּפְנִית** Hymni XLV, qui aut, vt Vulgatus LXX sequutus, vertunt *speciosus forma p[re]e filii hominum*, aut, **PAGNINO** auctore, *pulcher es admodum*, aut porro cum **VATABLO** *perelegans es*, aut denique cum **TREMELLIO** *multo pulchrior p[re]e etc.* nihil profecto dicunt. Nam prius plane vitiosum est; **PAGNINI** *admodum*, in hoc contextu admodum imbecille; **VATABLI** *perelegans* nimis elegans in sacro contextu; Tandem neque **TREMELLII** totum exaurit. Agnoscas nobiscum superlatuum poeticum, et vertas totum, *pulcherrimus es inter omnes homines*, et totum habebis. Sed, si nobis credas, etiam non amplius progredieris, necio quam formam D. N. I. C. cum Patribus quibusdam inde cogendo. Ita non minus idem valet de locis iis, in quibus **כָּבֵר anima** est. Nam, si hic, vt faciunt, *gloriā* interpretetur, nihil efficiemus, quod aures latinae intelligere possint, cum in horum lingua nemo inquam gloriam suam, animam dixerit. Sed si v. g. Hymno XVI. 9. versio sit: *Propterea laetatur cor meum, et exultat optima pars mei, et ipsa mea caro, cum magna fiducia resurrectionis, sub terra commorabitur*, quam non omnia plana, atque ad totam vim orationis sentiendam apta! Quam nulla amplius hic opus **TREMELLII** aut **IVNII** cuiusdam admonitione marginali; lingua tanquam gloriae instrumentum, metonymice! neque etiam sic amplius se misere torquebit alter **RASCHIUS** ad Gen. XLIX, com. 6.

§. II.

§. II.

Sed pergimus ad alterum usum, qui deprehenditur in subtilitate explicandi. Nam cum multa in his, poetica quae diximus, verbis, metaphorica sint, et ipsa translationis figura in versione retinenda sit, tanquam non pugnans cum ingenio communi hominum, res omnino in iusto commentario perscienda est. Sed si quis in illa metaphoram non expresserit, quid ab eo in hoc expectari posse? Itaque, ut unum hoc sumamus, quam longe a vera sententia loci aberrarunt Interpretes in explicando כָּרְבָּה Hymn. XVIII, ex quibus vel optimi, pessimo saltu, ad fictionem Dei in templo inter Cherubinos recurrent, et totam elegantiam perdunt. Ut enim denuo urgeamus id, si de hoc sermo sit, plane alium verborum esse contextum, et Φρεσον, שֶׁב בֵּין כָּרְבָּה, cum qua, praeter verbulum unum, nihil commune est huic nostrae כָּרְבָּה; ut itaque hoc mittamus, nonne vides imagines omnes hic usurpatas, desumptas esse ex terribilioribus Dei in V. T. apparitionibus! Et intra hanc seriem de medio gratiae signo, quomodo cogitare potuisset diuinus scriptor? Nunc, si concedamus vertendum esse, *vectus est aere, procella, turbine*, quam elegans inde oritur sensus maiestatis diuinae in vehemente ventorum sonitu regnantis. Ita alterum בְּמוֹתִי in eodem carmine, si vertas, *excellsa mea* et nunc explices, siue de *aula regia D A V I D I S*, siue de *cumulo cadauerum hostium*, poteris quidem utrumque probabiliter explicare, si extra orationis seriem cogites. Sed neutrum, si ante audiueris haec: *pedes ceruorum mibi aptas*. Nam quis nunc ferat dicentem, et *in aula mea secure habitabo*, aut, et *super cadaueribus hostium ambulabo tuo auxilio sustentatus*? Sed plane te totum tenebit Poeta, si scias

E

eum

eam dicere vellē; quemadmodum P R A E S E S docuit; Deum non solum celeritatem pedum sibi concessisse, quemadmodum cœrōrum, vt posset assequi hostes, verum etiam *leuia crura firmasse*, ne in persequendō laberetur;

§. III.

Quomodo porro iudicium variarum lectionum, ab hac Dialecti poeticae diligentib[us] obseruatione sublueretur, non adeo arduum est explicare; cum partim ita caueatur, ne nimis faciles simus in mutanda lectione rariore et elegante; neque etiam nimis difficiles in expungenda alia, quae, vt per se dura est, ita neque ex proprio sermone Poetarum explicari potest. Atque in altero illo libenter nobis credent, quibus varietatum V. T. studium omne displicet, vt adeo exemplissimū non adeo necesse foret. Dabimus tamen: Prodeat primum M E I B O M I V S malē olens ille V. T. restaurator, sed tamen; quod non negandum est, in litteris hebraicis exercitatisimus. Hic itaque ad Exod. XV. 6. (Emendationum eius ceteris Spec. I. p. 63. 65.) transferendum credit: **נָאָרֹה** Sed quo minus hoc necesse putetur effecimus, puto, superiore Disputatione §. 4. Nā sine dubio, ad emolliendū sonum, ita in hoc loco inflectere placebat diuino viro vulgare verbum. EDWARDVS porro, ille ipse qui nuper defensionem metrices suae i.e. *Harianae*, aduersus L O W T H V M instituit; quando in noua translatione Psalmorum, cum Commentario, anglice edita, Hymno XXII. 19. pro **אַלְלָה** mauct legere **לְלוּהָ**, valde speciosa coniectura, refelli potest ex hoc Poetarum sermone. Quid enim impedit, cum ipsum **הָנָ** Ebraicis non ignotum sit, et soleant saepe scriptores sacri abstracta fortitudinis, salutis, roboris, cum adfixis primae personae

sonae de Deo usurpare, quid, inquam, impedit, quo minus dicamus, esse hoc verbum ex iis, quae noua terminacione produxerint Poetae diuihiores? Atque sic quoque haec vnica illa via, qua succurri potest, perturbatae a KENNICO TO lectioni רְבָבָה. Quare enim hebraicis non eadem litterat, quae exteris Vatis, elidendi litterarum libertas! Sed veniamus ad alterum huius usus momentum, quod aegre concessuros esse multos facile praeuideo. Sed est tamen concedendum tum, credo, cum verbum aliquod ita inter plura collocatum reperitur, ut et sua natura sit peregrinum, et plane non cum reliquis cohaereat, neque illa ex iis causis adit, quas mouisse diximus. Vates diuinos, proprium sibi aliquando fingere sermonem. Atque hic nescio, annon hoc posito, magnum robur accedit: alii coniecturae eiusdem MEISOMII ad Hymn LXI.8. in quo loco durissimum illud יְהִי εἰσερε σtudet, tanquam Scholion marginale ad proxime sequens רְבָבָה, ut adeo Grammaticus aliquis adnotare vellet, Nun addito, verbum esse plene scriptum יְהִי (יְהִי אֶלְמָה). Est profecto fatendum, primum inexplicabile esse verbum in hoc loco, deinde sensum sine eo esse absolutissimum, perpetua felicitate vietum Deo prouidente (sic enim illud coram Deo et alterum habitabit puris Latinorum auribus eloquendum); benevolentia tua constantissima eum saluum praefabit; atque ita denique plane nullus nouus ornatiss sententiae, aut singulare pondus per hoc יְהִי accedit. Ita meminimus aliquando PRAESIDEM plura super hoc loco disputantem audire, remque exemplis pluribus confirmare.

§. IV.

Restat, ut id quoque vincamus, neque doctam religionis explicationem, haec Poetici sermonis intelligentias.

E 2

admo-

admodum carere posse. Ut enim mox illo *Hymn.* CXLI. 4. verbo θεοῖς sensu edendi sumto. Atque hic cum tota φρασίς sit, vesci voluptatibus, deliciis aliorum, hocque de-nuo nihil aliud, quam cum *voluptuosis hominibus arctam coniunctionem animorum inire, consensione voluntatum uti, eorum mores imitari*, et sic porro, quam non iuuent haec ad illustrandam orationem D. N. apud Ioannem Capite VI! Ut nunc dicamus *vesci I. C. esse studiis, voluntatibus, omni vita eum sequi, eius praceptoris adhaerere, et ita cum eo coniunctum esse*, ut *nil sine Eo, omnia cum Eo agamus*. Iterum, quando adaptet Hymno II. ordinem verborum distichi 2. esse; more poetico, inuersum, totamque periodum ad formam legitimam ita construendam, quemadmodum ante demonstrauimus (Cap. II. §. 3.) quid non inde sequatur, ad confirmandos omnes illos locos N. T. ex praedictionibus Veteris, in quibus filius adfirmat, se nullis contumelias atque dolis prauiter nexis laedi posse quibus Pater non simul offendatur? Sed verendi sumtus!

Et satis haec esse poterunt ad intelligendum.



CLARIS-

CLARISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
GE. IOANNI LDOVICO VOGELIO

S. P. D.

P R A E S E S.

Satisfecisti, doctissime VOGELI, doctis, ut confido, Lectoribus,
et, si tanti est, mihi. Neque hoc aliter expectandum erat ab
Eo, qui, cum ingenium ad litterarum bonarum, in primisque
graecarum hebraicarumque studia factum, secundum in hanc literarum
Universitatem attulisset, nunc illud efficacissimae culturae
Venerandorum Collegarum Magnif. CARPOVII et S. V.
HARDTII tradiderat. Quare etiam nihil attinet a me amplius
dici, quantopere Te, ob modestiam quoque vitae, Nostri omnes
amauerint, quam fausta Tibi appresentur, optima de Te sperent
et quam liberter ego soleam in laudes Tuas erumpere. Illud
potius dicam tantum absuisse, ut ab oblato mihi praesidio libelli,
qui multis profanis videbatur, abhorrem, ut etiam magna cum
alacritate, tanquam Sacrarum Scripturarum, Principis summi bene-
ficio, apud nos Doctor in me suscipiem. Quomodo enim offi-
cio deesse potuisse, si vel maxime non praevidisse, fore eum
talem, quem faepius & Tibi & aliis bonis ingenis dixeram
ad huc desiderari. Neque in eo spes fecellit. Cum enim affer-
res peruidenda eius quasi fundamenta, ita bene iacta deprehen-
debam, ut pauca addenda, aut demenda viderentur, quo per-
fectum & undeque aptum aedificium surgeret. Itaque sine
cura Tibi extrenuus expoliendique laborem relinquo. Quam,
nunc credis, amantissime VOGELI mihi totum placere; cum
postulas ut totum denovo percurram, quo possis postridie omnes
artis peritos, hoc maiori cum fiducia, ad iniurendum inuitare.
Placere inquam! his positis fundamentis, hac contignatione firma,
singularum partium aequabilitate, ornata etiam externo
non sphenendo! En! itaque intromitte Omnes & Omnia congratulationem
et iucundam Tibi et honorificam accipe. Iam
illud restat, ut Te adhorter, ne aliquando operis tam egregie su-
cepti poenitentia ducaris et nunc plane negligas, quod hactenus
adeo feliciter perfectus es. Quin potius, si sumptus et tempus
prope-

propediem ,concesserint de amplificando cogitare , Oloc agas et
quaeunque potueris ,huc conferas , vt iustum palatum euadat ,
in quo Principes quoque ex litteratis hominibus ,cum maiore sua-
uitate vel ynu habitare possunt . Nam non deerunt , quemadmo-
dum ipse praefensi , quibus singulas classes cap . II. locupletatae
possit , aut etiam cap . III. affirmationi maiorem apud pertinaciter
contradicentes fidem facere . Vnde etiam auctor Tibi sum , vt
si in lectione Scripturarum Ebraicarum ad verbum aliquod rario-
ris ylus et formae , aut etiam constructionem impeditorem de-
latus fueris , quae suspicione faciant poetici cuiusdam charac-
teris , ea mox ad marginem huius disputationis in loco , qui
tunc proximus videbitur , adnotes , et commodiore tempore ,
omnia ita subiecta , deinceps sub examinis subtilitatem reuoces .
Atque essent forte pauca quae iam Tecom vel maioris confirmationis
causa in iis , quae docte disputasti , vel ut scrupulum Tibi
moueant in aliis , in quibus adhuc haereo , communicare possem ,
nisi chartae et temporis angustiae prohiberent . Vide , v . g . an
non p . 6 . et 13 . Rythmi in causis dialecti poeticae V . T . mentio-
nem facere debuisse ! Nam esti STEVCHVS , PETRAEVUS ,
CLERICVS atque FVRMONTIVS , ubique Rythmos videndo ,
merito a Viris doctis reprehensi fuerint , tamen neque aquaacter
totum artificium ab Ebraicis ignoratum fuisse , et nullibi eius in-
dicia supereesse , affirmari potest . Augusta illa in CANTICO
virgo , cum in extremo . capit . ultimi a Principe ad carmen canen-
dum inuitata fuisse , moxque incipit

Bhrach dhodhi
Udbmeb leba lizbbi
Ob lgopher bajjalim
al hareb bsamim

nonne rythnum dicit ? Vide porro , an non aliquando plus in ḥāz
rythmus , poeticis adnumerandis audere potuisses , quam p . 8 . et
16 . Tibi sumfisti ! Fac enim , contextum , in quo eiusmodi ver-
bum reperitur , ita effictum esse , vt vna ex iis causis , aut etiam
plures simul , adpareant , quas , recte praecipi , foecundas pro-
prii Poetarum sermonis matres fuisse , nonne tunc fas sit existi-
mare verbum semel , in hac orationis serie , deprehensum poeticum
esse . Ita vix dubitem ipsum ḥāz Hymno XLV in hunc nume-
rum recipere . Ita totus spiritus ibi feruet , vt mirum non sit ,
verbum

verbum inusitatus Poetae elapsum fuisse. Verbum ב p. 18. Chaldaicum et propter id Poeticum quoque esse libenter tibi largior. Quid vero si addidisses subesse hic singularem causam, quare vulgariori ב praetulerit Poeta, in evitanda nimirum ~~υποθεσιας~~ quaerendam, quae certo extitura fuisset, si dixisset ב נ ק ש ג. In vocabulo ב iterum planissime Tecum consentio et KENNICO TI א ו ר a Te rejectum esse probo. Sed non aequa Tibi assentior in notione legis. Nam est certissime adiectuum sub significacione *stabilis* ex radice ב, ut sit sensus totius, *progressus est cum myriadibus Sanctus, a dextera eius ignis stabilis ipsi* (scil. myriadibus populi), ut nunc respiciatur ad columnam ignis, quae simpliciter dicitur ב Deut. I, 33. quemadmodum per prius *progressus* est ad *arcam foederis*, quod vtrunque, nemo, vt puto, Interpretum vidit. נ ש ר quoque tibi largior esse *serpentis genus*, aut potius *speciem*, et respici in locis adductis, praeter Canticis omnibus, ad vindictam diuinam ab Israelitis, vt constat, aliquando sumtam. Sed si *species serpentum*, nun locum inter Poetica tuebitur, et num mirum sit idem non semper occurrere, quando *generis* serpentum mentio fit? Quod me porro p. 20. in vocabulo ב ducem sequi volueris agnoscō. Sed nimium optime VOGELI, mihi tribuisti, cum dicis Celeberr. NOYSENIVM totum in sententia mea acqueuisse. Desiderauit enim argumenta Grammatica ex linguis affinibus. Sed forte Tibi, & Ipsi Viro intelligentissimo, satisfiet, si dixerim me plane non de confirmingo vsu verbi ex linguis aliis follicitum esse, quin potius mihi persuasum sit, Dauidi plane proprium manifile hunc usum eique evenisse id, quod nemini ali, vt postquam semel in priore membro imaginem celeritatis pedum cerui arripuisse, nunc amplius per coniunctionem idearum ferreretur, in aspicienda leuia crura eiusdem, et in suum quasi usum transferenda. Itaque non mirum esset, si vel maxime omni usu aliarum linguarum carerem. In recentienda omissione pronominis ר ש נ p. 23, mirabar, doctissime VOGELI Te non illustre illud exemplum addidisse EX HIOBI III, 3. a Cel. LOWTHO prael. XIV, allatum. In illo י pro ע p. 29. forte iterum productionis causa in Euphoniae studio ponenda. Nam in plurimis a Te adductis locis denuo sequitur ע; unde patet, vt puto, eum non bis dicere voluisse ע ע. Quod de verbis quadrilateris dicis p. 17. et 19. optime se habet. Efficit enim vt Vida canit resonantia membrorum. EDWARDI conjecturam p. 34.

nondum mihi quidem eripuisti, etiam ob locum parallelum Hymno XL, 14. in quo pro אַלְרֹתָה, quod Ille vult, est אַלְרֹתָה. Digno profecto foret ampliore examine. Nam si firma reperiatur, nouum inde, ad inscriptionum nouitatem, accederet argumentum. Cum enim hic inscriptio Psalmi sit רִשְׁתָה אַלְרֹתָה לְעֵדָה, inde cogeretur ex corrupto loco non minus corruptam inscriptionem defuntam esse. Mihi quidem probabile est, hic quoque esse debere אַלְרֹתָה et sensum orationis pro auxilio celeri. Sed haec obiter. Iam iterum Te adhortor, ut in hoc instituto, quemadmodum in omni doctrinae Tuae trahite, feliciter ingresso, pergas. Nam, ut ipse sapienter agnouisti nulla est sine lingua Vtraque Theologia, et nunquam haec nostra renouata religio nobis accidisset, nisi Magni restauratores, et Ipsi graece ebraiceque docti fuissent, et ab aliis doctioribus in opere tam diuino adiuti. Atque hoc Tibi saepius maiori cum auctoritate narrabit ERNESTVS, Vir summus, quem nunc adire cupis, et plures allii in Lipsica Academia, ut DATIVVS, FISCHERV, SCHROECKIVS. Itaque faultus omnibus ad istum optimarum disciplinarum mercatum proficisci, et Ven. Ill. Excell. ERNESTO, BELIO, PLATNERO, GOTTSCHEDIO, WINCKLERO, BOEHMIO, GELLERTO et reliquis iam nominatis, etiam BOERNERO Vtrique, quos Omnes, tum audiuisse, tum vidisse et coluisse, nunquam Te ponienterbit, meam quoque reverentiam atque pietatem sponde. Deus vero, optimè VOGELI, praeter corpus debile atque fractum, etiam hunc animum pium et veras Theologiae appetentem Tibi seruet. Teque omni felicitati genere cumulet. Vale meque amare perge. Scribeb. in Acad. Ital. Carol. a. d. XXV. Aprilis
MDCCLXIV.



DD A 6427



WDA8

R



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



EXERCITATIO

IN

ALECTVM POETICAM

DIVINORVM CARMINVM

VETERIS TESTAMENTI

PRAESIDE

WILIELMO ABRAHAMO
TELLERO

S. THEOL. DOCT. ORDINIS SVI H. T.
DECANO ETC.

IN IVLEO MAIORI

D. XXVI. APRILIS MDCCCLXIV.

DEFENSA

AB

AVCTORE

RGIO JOANNE LUDOVICO VOGEL
ONOLDINO FRANCO.

HELMSTADII

LITTERIS IOANNIS DRIMBORNII.